



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 50. S. Athanasius revocatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

contra Presbyterum sex, & contra Epis-Sæculum IV.
copum duodecim. Singularis prorsus A. C. 349.
dispositio! Observatio horum Canonum c. 14.
Laicis sub pœna excommunicationis,
Clericis sub pœna depositionis, prævia
causæ cognitione, præcipitur.

§. L.

S. Athanasius revocatur.

Gregorius, Sedis Alexandrinæ usurpa- Athan. ad
tor, decem mensibus, postquam Ste- solit. p. 323.
phanus Sede Antiochena pulsus est, id Pagi. 348.
est initio anni 349. vivendi finem fecit. II. hist. c. 23.
Tunc Constantius, cum nihil amplius Soz. III. c.
esset, quo S. Athanasii reditus impedire- 20. Philost.
tur, fratri sui Imperatoris minas refor- III. c. 12. Ap.
midans, Episcoporum Orientis mentem p. 769.
exquisivit; illi suaserunt, satius permitti
posse, ut unus vir in suam Cathedram re-
diret, quam bellum civile experiri. Ita-
que Imperator Constantius humanissimas
litteras ad Athanasium dedit, dicitque,
se amice condolere malis ejus, quæ a pa-
tria exul passus esset, & subdit: Crede-
bam fore, ut ipse ad me venires, & tot
malorum remedium quæreres; forte ti-
mor non siverit; hanc igitur tibi mit-
to Epistolam, ut diutius venire non tar-
des. Etiam Dominum meum, & fratrem
Imperatorem Constantem rogavi, ut ti-
bi veniendi licentiam concedat. Inte-
rim

Sæculum IV. rim S. Athanasius cunctabatur, & Con.
A. C. 349. stantius alteram scripsit Epistolam, qua,
facta vecturis publicis utendi potestate,
sine timore ad Regiam venire hortatur.
Misit etiam ad eum quemquam ex Pres-
byteris Alexandrinis, qui aulam seque-
batur, & iterum Diaconum, nomine Ar-
chitam, tertiam Epistolam ferentem; ista
securitatem promittebat, & ut sine mo-
ra veniret, instabat; jussit præterea sex
ex Comitibus suis ad eum scribere, quos
Athanasio minime suspectos sciebat; hi
annum jam abiisse integrum affirmabant,
ex quo ab Imperatore exspectaretur, qui
importunis etiam precibus permoveri
non potuisset, ut Gregorio in Alexan-
drinam Sedem alium subrogari pater-
tur.

ad Solit.
p. 823.

Apol. I.
p. 676.

Constantii litteræ S. Athanasio Aqui-
lejæ, ubi in reditu a Concilio Sardicensi
satis diu moratus est, redditæ sunt; post-
quam tertiam accepit Epistolam, omnia
Dei Providentiæ committens, in Ori-
tentem redire statuit; prius tamen, ab Im-
peratore Constance vocatus ad eum pro-
fectus est in Galliam, id est, verosimili-
ter Mediolanum, quam urbem Cæsar in-
fidere solebat in Gallia, a Romanis dicta
cifalpina. Athanasius etiam Romam se-
contulit, ut S. Julio Papæ, & Ecclesiæ-
jus valediceret; ubi summo gaudio ex-
ceptus est. Papa ad Ecclesiam Alexan-
dri.

drinam Epistolam dedit affectu tenerri-Sæculum IV.
mo plenam, qua constantiam eorum in A. C. 349.
fide laudat, & charitatem, qua Episcopus
eorum nunquam non eos complexus est,
testamat facit; animo præcipit lætitiam
publicam, ubi charissimum Patrem re-
deuntem excipient; in fine eas Alexan-
drinis precatur a cælo gratias, quas sua
fide, & pietate merentur. Ubiunque
Athanasius transibat, litteras pacis ab E-
piscopis accipiebat.

§. LI.

S. Athanasius Antiochiae.

Tandem Antiochiam pervenit ad Im-2. *Apol.*
peratorem Constantium, qui, eum ^{p. 772. ad}
benigno vultu excipiens, ^{solut. p. 823.} viva voce li-
centiam confirmavit redeundi in Patriam
suam, & Ecclesiæ Gubernaculum resu-
mendi. Litteras etiam dedit, præter
eas, quibus vias custodiri jussérat, ut se-
cure iter posset conficere. Querebatur
Athanasius, quod Imperator antehac de-
cretis suis immeritum esset persecutus,
rogans ne imposterum se absente inimi-
corum suorum obtrectationibus fidem
haberet; *Jube, si placet, eos comparere,*
inquebat: *gratum mibi feceris, & ego*
tibi convictos reddam. Noluit Impera-
tor; ea tamen, quæ contra Athanasium
scripta fuerant, deleri jussit, atque pro-

L1 4 lixe